

Karissimo suo domino et amico plurimum diligendo Marcualdo^{a)} imperii senescalco^{b)}, duci^{c)} Ravenne^{d)}, marchioni^{e)} Ancone^{f)} et [[Molisii]]^{g)}, Guido^{h)} Guerraⁱ⁾ comes^{k)} Tuscie^{l)} salutem et nostram amicitiam inviolatam permanere.

Magnitudinis vestre dilectio nobis insinuavit, quod filium vestrum et nostrum [[educasse]] vobis letitiam et gaudium [prestitit] immensum et a vestre dominationis presentia pro nimio^{m)} amoreⁿ⁾ permisistis separare invite. Unde vobis gratiarum referimus actiones, quia ei si[gn]a permulta diligen[ter] di dedistis et quia a vestro sinu [sicure] recesserat cum vestro exercitu. Vos per Marchiam^{o)} transeuntes a vestra [parte] in omnibus et per omnia ta, quod nobis gratum esse [c]ognitum. De illo autem, unde nobis preces porrexistis, vestre terre Romanie^{p)} auxilium[m] et consilium et destructum, vobis sic respondimus et dicimus, quod quicquid ad^{q)} vestre persone deceat pertinere utilitatem^{r)}, parati sumus per omnia pace vestra. Nec nobis si[mulque] fidelibus et amicis vobis serviendi prestare animum potuistis meliorem, si illud, quod pro vestra voluntate nobis et filio vestro promisistis, effectum habuisset. Sed magis consilio Arnaldi^{s)} et abbatis^{t)} acquiescere^{u)} voluistis quam nostro nostrorumque amicorum fidelium. Sed pro certo sciatis, quod vobis multo melius vestras terras defendere et custodire poterimus, quam possit Arnaldus^{v)} cum abbate^{w)} de Galiata^{x)} et nostris inimicis omnibus. Sed noscatis pro certo, quod propter hoc nostrum servitium et auxilium nullo modo vobis subtrahemus^{y)}, sed vobis sicut domino^{z)} karissimo^{aa)} semper pro nostro posse serviemus devote. Et si placeret vestre voluntati propositum mutare, ut nobis Corzanum et Civitellam^{ab)} et Selvaplanum^{ac)} daretis, sicut promisistis, absque^{ad)} dubio scientes, universam nostram terram pro vestro servitio et vestre terre defensione mittere ad iudicium [vestrum] non dubitaremus. De statu nostre continentie et nostrorum

a) HS: Ma. b) sene c) dux d) pa — eine Emendation per marchiam entspräche nicht Markwards Titel in den Diplomen e) Mar f) klein geschrieben g) Ergänzung der Konzeptlücke auf Grund von St. 4976, Reg. Imp. 4, 3 nr. 485 h) G. i) G. k) Co. l) Tu. m) nimis n) hamore
o) klein geschrieben p) klein geschrieben q) a r) utilitatis s) arna. mit Sternverweis auf den unteren Seitenrand: Arnaldi t) Abbati u) aquiescere v) ar^s w) abate x) dega. — die lateinische Namensform für Galeata gemäß der Schreibung in Cod. Popp. 63: Nekrolog von Galeata fol. 24 v^o u. ö. y) subtraemus z) groß geschrieben aa) groß geschrieben ab) klein geschrieben. Man könnte auch Livitella lesen, doch ist im fraglichen Raum ein Ort dieses Namens nicht nachzuweisen. ac) klein geschrieben. ad) asque